

Mersburg in Camburg noster prefectus, Wylhelmus de Wyzense et Cristanus de Gotha notarii nostri, dominus Bertoldus plebanus [de] Grimme, Iohannes Wynman, Henricus Rone cum fratre suo Brunone, Theodericus et Conradus dicti de Bore cives eiusdem civitatis Grymme et quam plures alii fide digni. Acta sunt hec in pluries dicta civitate Grymme anno domini millesimo trecentesimo, sexto nonas marcii.

5

300.

Friedrich, Herr von Dresden, bestätigt dem Kloster Marienthron den demselben von Heinrich dem Erlauchten verliehenen Bergzehnten für sein Gebiet. **Dresden, 1300 Juni 5.**

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 1641. Das beschüligte Reitersiegel an Fäden von rother, grüner und gelber Seide.

10

Gedr.: (Beyer) Otia metall. 1,293 ff. (Klotzsch u. Grundig) Sammlung verm. Nachr. 2,14 (zum Theil).

Ann.: Vergl. No. 270.

In nomine domini amen. Fridericus dei gracia dominus de Dresden, magnifici principis domini Henrici quondam illustris Misnensis et Orientalis marchionis iunior filius, omnibus presentes inspecturis vel auditoris noticiam subscriptorum. Quoniam omnium 15 habere memoriam —. Notum igitur esse volumus universis evi tam presentis quam futuri Christi fidelibus, quod ꝥcum^a) dilectus dominus et pater noster felicis recordacionis illustris princeps Henricus quondam Misnensis et Orientalis marchio pro remedio et salute anime ingenue femine pie memorie domine Constancie olim contectalis sue omniumque progenitorum suorum decimam metalli, que berezeyde (*sic*) apud montanos wlgariter 20 dicitur, in omnibus montibus seu argentifodinis tocius terre sue monasterio seu conventui sanctimonialium prope Grimme ordinis Cysterciensis, quod monasterium Tronus beate Marie wlgari vocabulo nuncupatur, dederit assignaverit et tradiderit cum omni iure et utilitate, prout ad ipsum eadem decima pertinebat, quemadmodum per privilegia et instrumenta dicti domini et patris nostri evidenter poterit comprobare, nos sicut decet piam 25 donationem predicti domini et patris nostri, cum sancta sit et devota, ratam per omnia atque gratam habere cupientes volumus et presentibus approbamus, ut dictum monasterium seu conventus dictarum sanctimonialium de Trono sancte Marie prope Grimme dictam decimam, que berezeyde, ut premissum est, nomen habet in wlgari, de argentifodinis nostris Dypoldeswalde seu aliis, ubicumque per nostri domini districtum montes lucrativi fuerint 30 et decime venduntur, recipiat habeat et possideat perpetuo cum omni iure honore et utilitate, sicut eam dictum monasterium sanctimonialium prope Grimme temporibus dicti domini et patris nostri dinoscitur possedissee. Ut autem premissa robur perpetue firmitatis habeant et a nobis aut nostris successoribus non possint aliquo modo in posterum immutari, presens scriptum in eorundem testimonium dari fecimus sigilli nostri munimine roboratum. 35 Testes huius sunt nobilis vir Fridericus de Schonenburg iunior, Iordanus de Brande,

300. a) eum auf Rasur.